

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 86. Quartuor Præsules ad Purpuram nominati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Sæcul. XVI. „cōrum Dux audiam, probosque Ca-  
 A.C. 1593. „tholicos natione Gallos æternæ dam-  
 „nationis periculo exponam: proin om-  
 „nibus certo persuasum sit, quod in  
 „tanti momenti negotio animi constan-  
 „tia mihi non desit, nec unquam per-  
 „missurus sim, ut nimia dissimulatione,  
 „aut dolosis humanæ prudentiæ arti-  
 „bus circumveniar.,, Hac declaratio-  
 ne Hispanorum Cardinalium indigna-  
 tiones cessabant, ac Nivernius Dux omni  
 prosperi successus spe frustrabatur.

## §. LXXXVI.

*Quatuor Præfules ad Purpuram  
nominati.*

Ciac vit. Priusquam Nivernius Dux Romam ve-  
 Pontif. t. 4. nerat, summus Pontifex die deci-  
 pag. 277. ma septima Mensis Septembris quatuor  
 Cardinales, & quidem duos Presbyte-  
 ros, totidemque Diaconos crebat,  
 quos inter primus erat Lucius Saxus  
 cognomento Neapolitanus, eoque ejus  
 Pater Carolo V. Imperatori in Neapolis  
 Regno a consiliis fuisse. Natus erat  
 Lucius anno Christi millesimo quingen-  
 tesimo septuagesimo primo, primusque  
 fuit Ripatrasonis in Marchia Anconitana  
 Episcopus, ac proin Firmensis Archi-  
 episcopi Suffraganeus, quamvis quinto  
 post anno hanc Ecclesiam dimitteret,  
 ac Romæ in privatæ vitae tranquillitate  
 dies

die suos transigere statueret, postea ta- Sæcul. XVI.  
A.C. 1593.  
men septuaginta duos annos agens a Cle-  
mente VIII. sacro Purpuratorum Col-  
legio aggregatus titulum sanctorum  
Quiriaci, & Julitæ obtinuit.

Alter erat Franciscus Toletus Hispa-  
nus Jesuita, qui ad titulum sanctæ Ma-  
riæ Transtyberim promotus suæ fortu-  
næ felicitatem Joanni Aldobrandino  
Pontificis Fratri in acceptis referre te-  
nebatur,

Tertius erat Petrus Aldobrandinus  
patria Romanus Papæ Nepos, qui Car-  
dinalis Diaconus titulo sancti Nicolai  
in carcere nominatus, postea justitiæ,  
ut vocant, Signaturæ præpositus, ac  
demum sacræ Romanæ Ecclesiæ Came-  
rarius, necnon Ravennæ Archiepisco-  
pus, & Sabinensis Episcopus renun-  
tiabatur.

Quartus denique Purpura decoraba-  
tur Cinthius Poſterus Senogalliensis,  
alter Papæ ex Matris suæ Sorore Ne-  
pos, qui Cardinalis Diaconus primo tit.  
sancti Georgii, & postea sancti Petri  
ad vincula nominabatur,

### §. LXXXVII.

#### *Scipio Gonzaga de Mantua mortuus.*

**H**i quatuor Cardinales recens nomi- Giac. l. c.  
pag. 176.  
nati sedes occupabant duorum  
Cardi-